

TRACTATUS III. PARTIS PROPRIÆ.

Caput III. De Solutione Fallaciarum

Ratio solvendi Elenchos Sophisticos est vel

Generalis, Quintupliciter responderi potest

Specialis, Hic consideranda sunt

- 1. Per INFICIATIONEM, cum vel ambas præmissas, vel alterutram rejicimus, earum probationem (si opus est) petentes.
- 2. Per DISTINCTIONEM, cum alterutram præmissarum, vel ambas ambiguas esse ostendimus.
- 3. Per INSTANTIAM, quando universali propositioni singularem, contrariam opponimus.
- 4. Per CONCESSIONEM, quando totum argumentum concedimus tanquam id, quod nobis non obest.
- 5. Per INVERSIONEM, quando argumentum contra nos allatum in adversarium retorquemus,
 - 1. *Elenchus Equivocationis & Amphibolæ* solvuntur per distinctionem, ostendendo ambiguitatem.
 - 2. *Elenchus Compositionis & Divisionis* solvuntur separando sensum divisum à composito, & ostendendo, uter verus sit vel non.
 - 3. *Elenchus Accentus* solvitur distinctione, ostendendo accentus vel scripturæ diversitatem.
 - 4. *Elenchus Figura dictionis* solvitur ostendendo diversitatem inter ea, quibus eadem accedere videbantur.
 - 1. *Elenchus Accidentis* solvitur distinguendo inter id, quod alicui per se. & quod per accidens convenit.
 - 2. *Elenchus à dicto secundum quid ad dictum simpliciter* solvitur distinguendo id, quod est simpliciter, ab eo, quod est secundum quid sive ex parte verum.
 - 3. *Ignoratio Elenchi* solvitur ostendendo defectum veræ oppositionis secundum regulas illius.
 - 4. *Petitio Principii* solvitur ostendendo vanitatem seu nullitatem probationis.
 - 5. *Elenchus consequentis* solvitur negando consequentiam & addendo rationem, cur propositio converti non possit.
 - 6. *Elenchus secundum non causam ut causam* solvitur negando causam falsam, & adducendo causam veram.
 - 7. *Elenchus plurium interrogationum* solvitur non respondendo una responsione ad plures interrogationes, sed distinctè ad singulas.

Fallaciæ in dictione

Fallaciæ extra dictionem

N O T A.

Ne usitata Peripateticorum methodus interrumperetur ex Dialectica Philippi Du Trieu duos Tractatus, quorum 1. de Terminorum Varietate. 2. de Suppositione, sub finem adjicere placuit.

1. Quid

F